

Ma-rí- a, vi-tæ vi- a, Plena De- i grá-ti- a, Inter
De-um Et hunc re-um Pre-cor ut sis me-di- a. 1. Funde pre-
cem, Ne in ne-cem Dé-ci-dam perpé-tu-am: Ut sim castus,
Atque fastus Hu-jus mundi réspu-am. R̃. O Ma-rí- a.

2. Ille ductor
Et instrúctor
Adsit mihi Spíritus,
Qui te mundam
Et fecúndam
Fecit esse cælitus.

R̃. O María.

3. Illa, inquam,
Ne delínquam,
Me consérvet grátia,
Qua replévit
Te qui flevit
Inter tua bráchia.

R̃. O María.

4. Orbis rector,
Et protéctor
Noster clementíssime,
Nos invíse,
Ut elísæ
Convaléscant ánimæ.

R̃. O María.

5. Lumen sparge
Tuæ largæ
Super nos cleméntiæ:
Atque mæstis
Da cæléstis
Solámen lætítiæ.

R̃. O María.

6. Dei Fili,
Ex hostíli
Serva me fallácia:
Da ut fiam,
Per Mariám,
Tua dignus grátia.

R̃. O María.

7. Ob amórem
Et honórem
Matris tuæ tríbue,
Ut cum bonis
Fruar donis
Quiétis perpétuæ.

R̃. O María.

8. Te rogámus,
Et laudámus,
Per ipsíus méritum,
Ut æténi
Nobis regni
Clemens pandas áditum.

R̃. O María.